

Liber

*De captio Serpen
cum eua qua
x voblium
dit mandat
pept. qd dñs
fit penit. ois.*

Vidit igit mulier quod bonum est lignum ad descendum et pulchrum oculis: aspectus delectabilis: et tulit de fructu illius et comedit: dedicata viro suo. Qui comedit: et aperti sunt oculi ambonum. Cum cognouissent se esse nudos: consuerunt folia ficus: et fecerunt sibi pericopata. Et cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradyso: ad auram post meridiem abscondit se adam et uxori eius a facie domini dei in medio ligni paradyso. Vocauit dominus deus adam: et dixit ei. ubi es? Quia ita. Vocem tuam domine audiui in paradyso: et timui eo quod nudus essem: et abscondi me. Qui dixit dominus. Quis enim indicauit tibi quod nudus essem: nisi quod ex ligno de quo preceperebam tibi ne comederes comedisti. Dixit adam. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno: et comedidi. Et dixit dominus ad mulierem. Quare hoc fecisti? Que respondit. Serpens decepit me: et comedisti. Et ait dominus ad serpentem. Quod fecisti hoc: maledictus es inter omnia animalia et bestias terre. Super pectus tuum gradieris: et terram comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponas inter te et mulierem: et semen tuum et semen illius. Ipsa contrectet caput tuum: et tu insidiaberis calcaneum eius. Mulieri quoque dixit. Multiplicabo erumnas tuas et conceptus tuos. In dolore paries filios et sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tui. Ade vero dixit. Quia audiui vocem uxoris tue: et comedisti de ligno ex quo preceperebam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. Spinias et tribulos germinabit tibi: et comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es: et in puluerem reuenteris. Et vocauit adam nomen uxoris suae eua: eo quod mater esset cunctorum viventium. Fecit quoque dominus deus ade et uxori eius tunicas pelliceas: et induit eos. Et ait. Ecce adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum et malum. Nunc ergo ne forte mitat manum suam et sumat etiam de ligno vite: et comedat: et vivat in eternum. Emisit enim dominus deus de paradyso voluptatis: ut opera retretur terram de qua sumptus est. Eiecit adam: et collocauit ante paradysum voluptatis cherubin: et flammrum gladium atque versatillem ad custodiendam viam ligui videlicet.

.III.

Hoc vero cognovit uxorem suam euanam: que concepit et peperit cayn dicens. Possedi hominem per deum? Rursumque peperit fratrem eius abel. Fuit autem abel pastor ouium: et cayn agricola. Factum est autem post multos dies: ut offerret cayn de fructibus terre munera domino abel quoque obtulit de primogenitis gregi sui: et de adipibus eorum. Et respexit dominus ad abel et ad munera eius: ad cayn autem et ad munera illius non respexit. Iratusque est cayn vehementer: et concidit vultus eius. Dixitque dominus ad eum. Quare iratus es et cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies? Si autem male: statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius: et tu dominaberis illius. Dixitque cayn ad abel fratrem suum. Egressiamur foras. Cum essent in agro consurrexit cayn ad usus fratrem suum abel: et interfecit eum. Et ait dominus ad cayn. ubi est abel frater tuus? Qui respondit. Nescio. Numquid custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum. Quid fecisti? Vox sanguinis fris tui clamat ad me de terra. Nunc igit maledictus eris super fratrem que aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam: non dabit tibi fructus suos. vagus et profugus eris super terras. Dixitque cayn ad dominum. Maior est iniquitas mea: quod ut veniam merear. Ecce ergo me hodie a facie terre: et a facie tua abscondar: et ero vagus et profugus in terra. Omnis igit qui inuenierit me occidet me. Dixitque ei dominus. Nequaquam ista fiet: sed omnis qui occiderit cayn septuplum punietur. Posuitque dominus in cayni signum: ut non eum interficeret ois qui inuenisset eum. Egressusque cayn a facie domini habitavit profugus in terra ad orientalem plagam eden. Cognovit autem cayn uxorem suam: que concepit et peperit enoch. Et edificauit civitatem et vocauit nomine eius ex nomine filii suoi enoch. Posero enoch genuit irad. Et irad genuit maniael et maniael genuit mathusael. Et mathusael genuit lamech. Qui accepit duas uxores. Nomen unius adae: et nomine alterius sella. Hennitque adae iahel qui fuit prius habitantius in tentoriis: atque pastor: et nomine fris eius tubal. Ipse fuit prius canentium cithara et organo. Sella quoque genuit tubalcayn: qui fuit malleator et faber in cuncta opera eris et ferri. Soror vero tubalcayn noemima. Dixitque lamech uxori bus suis ade et selle. Audite vocem meam